iudicis christi castrimetator·i·loci p̄parator·dn̄i testis·et totius me
dius trinitatis·Hic tāt⁹ et tal' tradit herodi īcarcerād⁹ et saltatrici
donat·¶Ex pte vero herod' ꝯsurgit āmiratō qꝛ vt idem crisō·dicit
herodes ꝓphanauit templū·sacerdotiū sustulit·ꝯfudit ordinē·te-
merauit regnū·corrupit impiū·quidq̄d erat religionis et legis·q̄d
vite·q̄d mor̄·q̄d fidei·q̄d discipline pdidit et ꝯfudit Herodes sica-
rius in ciues·in nobiles latro·in socios populator·in domesticos p̄
do·plebis interemptor·occisor filior̄·in extraneos homicida·in p-
prios parricida·inebriās terrā cruore·sanguinē piū in poculo crude
litatis absorbuit·et hic tam nequā et scelerosus tenuit et alligauit
iohānem·¶Ex pte aūt herodiadis ammiratio surgit·qꝛ herodias
meretrix vxor philippi et ꝯcubina herodis fratris ei⁹·demonū incā
tatrix·impostatrix criminū·corruptrix castitatis·spectaculū demo-
nū·corruptio mor̄·homicida sancti dei·et filia dyaboli·et mat' iniq̄
tatis·et ad p̄ces tam neq̄ssime iohānes est īcarcerat⁹ et morti ꝯtē-
natus·¶Ex pte vero cause vinculatōis āmiratio ꝯsurgit·qꝛ ꝓpter
iusticiā quā iohānes defendebat·ꝓpter veritatē quam pdicabat·et
ꝓpter sanctitatē quā ꝯtinebat ē carceri mancipat⁹ et vinculis alliga
tus·Carissimi q̄s audiuit vnquā talia·et q̄s de talib⁹ plenaꝫ posset
reddere rōem·Ro·xj·O altitudo diuitiar̄ sapiētie et scie dei q̄ꝫ in-
cōp·sunt iudi·eius et inue·vie eius·Vn̄ quidā phi quesierūt·vt dic
boeti⁹·Si deus ē vnde tot mala·et si de⁹ nō est vn̄ tot bona Sed
ve mūdo ab scandal' qꝛ vinculatio hec vsq; hodie manet·Si q̄s em̄
hodie vult esse filis iohāni et defendere iusticiā et loqui veritatem
et sanctitatē seruare·certe multas patiet' tribulatōes et rer̄ et pso-
ne incōmoda multa sustinet·Ad thess·iij·Omes qui pie volūt vi-
uere in christo iesu psecutōem patient'·Sed plorādū est fr̄es qꝛ ho-
die pauci iohes inueniūtur q̄ defendant iusticiā·p̄dicent veritatem
et ꝯtineāt sanctitatē·Psal·Nō est intelligēs aut req̄rens deū·oēs
declinauerūt simul inutiles facti sunt·nō est q̄ faciat bonū nō ē vsq;
ad vnū·Et nota qꝫ sic ꝓpter p̄dicta tria scꝫ iusticiā et veritatē et san-
ctitatē iohes se incarcerari pmisit·ita ꝓpter alia tria sponte ad car-
cerē deserti prexit·Et primo vt man⁹ quib⁹ dn̄m tangere debebat
ab oib⁹ opib⁹ coinq̄natis mūdi hui⁹ mūdas seruaret·Secūdo vt vi-
sum quo spm̄ sanctū in spē colūbe visurus erat īmaculatū custodi-
ret·Tercō vt auditū quo prēm dicentē·hic ē fili⁹ meus dilect⁹·audi-
tur⁹ erat·et linguā qua dictur⁹ erat·ecce agnus dei·sanctā et pu-
ram ꝯseruaret·Quia g° tot⁹ mūdus in maligno posit⁹ ē vt dicit'·j·
Ioh·v·Et int' latrones thesaur⁹ seruari nō potest iō ad desertū ꝯfu-
git·Apoc·xviij·Exite de ea ppl's me⁹·et pricipes nō sitis deliciar̄ ei⁹

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-479/0062
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG